

SCRIPTA

Numéro Scripta : 764

Auteur(s) : Heluidis Carite, du Mesnil-Soret [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1260, juin

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente à l'abbaye d'une rente de neuf sous-tournois, par Heluidis, dite Carite, du Mesnil-Soret

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CCVII, p. 233.

Texte établi d'après a

Sciant omnes, presentes et futuri, quod ego Heluidis, dicta Carite de Mesnillo Soret, de assensu et voluntate Willelmi de Killebeuf, mariti mei presentis, vendidi, concessi, et omnino dereliqui viris religiosis abbati et conventui de Ulteriori Portu, pro sexaginta et decem solidis turonensium quos inde pre manibus habui, novem solidos turonensium anni redditus, quos Johannes Bertin de Ulteriori Portu michi reddebat annuatim ad duos terminos, videlicet quatuor solidos et sex denarios ad Nativitatem beati Johannis Baptiste, et totidem ad Natale Domini, de quodam campo terre scito in territorio de Mesnillo Soret, super falesiam, inter terras dictorum religiosorum ex utraque parte, sicuti se proportat a terra elemosinarii de Ulteriori Portu usque ad terram Leodegarii Deulewart, percipiendos et habendos eisdem religiosis, et eorum successoribus, bene et in pace, libere et quiete, et ad faciendum exinde suam penitus voluntatem, ita quod licebit de cetero dictis religiosis, et eorum successoribus, justiciam suam facere plenariam in dicto campo, pro dicto redditu habendo singulis annis, terminis prenotatis. Et ego dicta Heluidis et ego etiam prenominatus Willelmus, maritus dicte Heluidis, dictis religiosis et eorum successoribus dictum annum redditum contra omnes gentes tenemur garantizare, et ab omnibus impedimentis et obligacionibus aquitare, salvo tamen jure dominico. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum, nos, predicti Heluidis et Willelmus, presenti carte sigilla nostra apposuimus. Actum anno Domini M^o. CC^o. LX^o, mense junio. Testibus hiis : magistro Johanne, presbitero de Ulteriori Portu, Ricardo le Page, Waltero Forestario, Gossone, filio Fouke de Mesnil Val, et Martino, fratre suo, et multis aliis.